



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

13. Quomodo S. Rimbertus vigilias & leiunia obseruârit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

conum, nomine Adalgarium, germanum vi-  
delicet & æquiuocum Abbatis eiusdem Mo-  
nasterij, de quo supra diximus. Hic vir ve- Hic conq-  
ee de Seri-  
peoravita 3  
Rimberti.  
nerabilis in conuerlationis eius imitatione  
simul & successionis dignitate adhuc hodie  
supereft, cum multis alijs arrestans, quia San-  
ctus Pontifex, cuius vitam scribimus, nihil ex  
occidente curæ Pastoralis de Monachica  
perfectione perdidit, adeo, vt nullus etiam  
intra ipsa Monasteria viuentium, instrumen-  
ta bonorum operum, quæ eorum Regula  
commemorat, æquè vt ipse obseruauerit.  
Cuius facta quidem vix à nobis explicari  
possunt; sed cotidianam eius cum Deo con-  
uersationem, & animum cœlo semper inten-  
tum, nostræ tenuitas scientiæ nequaquam  
edicere vel saltem perpendere valet. Graue  
ducebat ullum tempus vacuum absque ope-  
re Dei transfigere; sed orationi lectio, lectioni  
semper apud illū successit oratio. Et si aliquid  
accessisset, quod eum ab oratione impedire  
videretur, semper tamen quæ iusta sunt agens,  
sine intermissione sentiendus est orasse, vt  
Beatus docet Augustinus: Illi, inquit, qui in  
diuino versatur officio, omnia gesta eius di-  
ctaque pro oratione reputantur.

CAPVT XIII.

Quomodo S. Rimbertus vigilias & Ieiunia obseruabit.

**V**igiliarum usum moderanter agebat, abstinentiae modum ita exercuit, ut semper

*fortè, sa- semper illi essent cotidiana iejunia, & refe-  
turitatem.* Etio sanitatem fugiens. In quo videlicet hoc  
attendebat, ut iuxta Beatum Hieronymum  
ita corporis frangeret appetitum, vt tamen  
ad lectiones & Psalmodiam atque ad Alta-  
ris ac Pontificatus sui officium, vires ei non  
deficerent. Nihil enim prodest, vt ait idem  
Hieronymus, biduo triduoque vacuum por-  
tare ventrem, si pariter obruatur, si compense-  
*Vsuum  
ieiuniorum  
vitium:*  
tur saturitate iejunium: Ilico enim mens re-  
pleta torpescit, & irrigata humus spinas libi-  
dinum generat. Quod vir Dei, vt diximus,  
in se cauere volens, moderamen iejunij ita  
custodiuit, vt Dominus in Euangeliō Iudeos  
arguens, quod nec Iohannem ieunantem,  
nec ipsum manducantem & bibentem susci-  
perent, subiecit dicens: Et iustificata est sa-  
pientia à filijs suis: ostendens per hoc filios  
sapientiae intelligere, nec in abstinentia nec  
in manducando esse iustitiam, sed in æqua-  
nimitate tolerandi inopiam, & temperan-  
tiā per abundantiam non se corrumpendi,  
atque opportunè sumendi vel non sumendi  
ea, quorum non usus, sed concupiscentia  
reprehendenda est.

## CAPVT XIV.

*De curâ pauperum & eleemosynis S. Rimberti.*

**Q**VIA VERÒ ETIAM AD USUS & SUSTENTATIO-  
NES PAUPERUM, BEATÆ MEMORIÆ DECES-  
SOR SUUS INSTITUTUM HABEBAT, IN NULLO HOC  
IPSE DIS-